Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



181

quem in ipso sancto loco usque in presentem
diem stetit. Abominatio quoque secundum
uetera scriptuarum idolum nuncupatur,
et idcirco addatur desolationi quod in des
olato templo atque deserto idolum positum
sit. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad
montes et qui in tecto sunt non descendant
tollere aliquid de domo sua, et qui in agro
non reuertantur tollere tunicam suam.
et abominatio desolationis intellegi
potest omne dogma puerorum,
quod cum uiderimus stare in loco sancto hoc est
in ecclesia et se ostendere dominum debemus
fugere de iudea ad montes. Hoc est di
missa occidente littera et iudeo capti
uitate. Ad propinquare montibus, ad eu
angelis de quibus inluminat mirabiliter dis,
et esse in tecto et in dogmate, quo non
possint ignita diabuli iacula peuenire.
Nec descendere et tollere aliquid de domo
conuersationis pristine nec quaerere que
retrorsum sunt.